

to in loco Apanagiati fratris vetitis artibus inventus relinquitur, quia penes illum residet proprietas.

Th. 20.

Ita Dominus Feudi in prædiis feudalibus thesaurum dicto modo inventum, totum sibi recte vindicat, & hoc quidem ob competentem proprietatem. Nec obstat, quod Vasallus interdum quasi Dominus appelletur: Id enim non fit propter ipsum Feudum, sed propter Jus reale sive Feudum, cujus dominium utile habet, Jo. Köpen *lib. 1. observ. 71. n. 2.* & hoc etiam de Emphyteusi dici potest. *Sunt tamen nonnulli ex Interpretibus, qui vasallo & emphyteuta in acquitando thesauro, in fundo feudali vel emphyteutico invento, idem tribuunt, quod alii domino in suo fundo, &c. Sixtin. 2. cap. ult. n. 48.*

Th. 21.

THESAURUS igitur est, circa quem puniendis sacrificiis effodiendum malevoli homines sunt occupati. Definitur autem hic a Paulo *Jcto l. 31. §. 1. de A. R. D. Quod sit vetus quaedam depositio pecunie, cujus non exstat memoria, ut jam dominum non habeat. Cassiodorus 6. var. Epist. 8. Thesaurum, ait, depositivam esse pecuni-*

B 3

am,